

recessit, minus grave crimen adulterio est. Sed Graffis i. p. de decisionum lib. 4. c. 1. n. 12. negat posse superiores religionum, quanvis dictum esset occulum: & ipsem Manuel miscuit loquuntur in expositione motus proprii, ut referemus n. sequenti.

Sed cum nos tenuerimus n. 65. penam hanc non incurti absque iudicis sententia, non potest dari casus, quo res sit occulta, cum ad forum contentiosum deducatur, iudicis sententia accesserit. Quare exstimo, nec Episcopo, nec his superioribus integrum esse in hac inhabilitate, & priuatione à Pontifice inducta, ac sententia iudicis de cœta dispensare. Si autem teneremus eam absque aliqua sententia incurti, tunc existente facto occulto, possem superiores hi dispensare. Qui in inhabilitate contracta ob delictum occulum, potest Episcopus dispensare cum fibi subditis virtute Trident. sess. 24. de reforma c. 6. vi bene tradidit Henriquez lib. 13. de excommunicatione. c. 15. n. 1. qua facultate gaudent omnes Generales, & Provinciales, & superiores locales ordinum mendicantium, & frumentorum eorum priuilegii per motum proprium Pij V. cuius verba referit Manuel qq. regularium tom. 1. q. 61. art. 9. vbi concessis omnibus superioribus D. Dominici, & consequenter omnium ordinum mendicantium, & frumentorum eorum priuilegii, vt gaudent pro suis eadem facultate erga alios regulares subditos, qua gaudent Episcopi virtute Trident. sess. 24. c. 6. de reforma. Et in propriis terminis docet Manuel in expostitione motus proprii Pij V. contra faminas ingredients monasteria virorum, num. 6. & Sorbus in compendio priuilegiorum Mendicantium, verbo ingressus in monasteria monialium. n. 11. vers. dicitur 4. posse Episcopos virtute eius deceteri in hoc dispensare, & prædictos superiores regulares. Et quanvis tere que loquuntur de Provincialibus horum ordinum: at motus proprius exprefse loquitur etiam de superioribus localibus. Idque iure optimo, quia hi quoque quasi iurisdictione Episcopalem in suis subditos habent, vt probauit lib. 8. de maritione. diffract. 3. num. 9. At nequecum superiores hi religiosi hanc facultatem delegare, vt bene docent Manuel codem n. 36. & Sorbus ibidem, quia Pius V. in eo priuilegio exprefse dicit, vt per se ipsos id possint. At virtute Bullæ cruciatae non possunt confessores in his dispense: quia solam absolutionem à confessori ei concedit. At priuatio hac, & inhabilitas non sunt censure, sed quædam penæ, vt conlatis ex equestri de verborum significatione, vbi decidunt, nomine censure solam comprehendit excommunicationem, suspensionem, & interdictum. Et ita docent Sorbus ibid. vsq. dicitur 3. & Manuel in eadem expostitione motus proprii, num. 5. vbi subdit cum Sorbo ibid. verbi usq. in mandato, per amplissimum concessionem Engenij I. V. fratris Minoribus, posse eos à suis confessoribus per Prælatos depurari ab hac, & similibus inhabilitibus absoluere semel in vita, dummodo integro anno recient qualibet hebdomada semel psalmos pernitentes cum suis litanis: quod si legitimo impedimentoo alia hebdomada omiserint, debent recitare hebdomada anni sequenti. Quod priuilegium refert compendium priuilegiorum Mendicantium, verbo abfusio extra ordinaria quod si art. 6. c. 4. Immo & per priuilegia concedentia absolucionem ab omnibus casibus referuntur, & à censuris, & penæ confundentibus ex eis, posset confessarius habens tale priuilegium absoluere in foro conscientie à prædictis priuationibus, & inhabilitibus, vt diximus num. 76. quia prædictæ priuationes, & inhabilitates sunt penæ impolita contra violatores prædicti decreti.

CAPUT XVI.

De clausura monialium quoad ingressum culsum cumque personæ in eam monasteria.

ingrediendo peccant, quanvis authores hoc confundant: cum enim rationis viu careant, nec peccati, nec censure contrahendere participes esse possunt. Quare dicitur sententiam locum habere in ambris lucida interrata habentibus, quia peccare queant, & excommunicationi subiecti. Sed tandem sententiam, quam verissimam reputo, amplectitur, dicens hos comprehendendi, si puberatum næci sint, sub hac prohibitionem. Et videntur peccare, quia Tridentinum e. c. 5. dicit: cuiuscumque conditionis sexus, vel aetas. Paulus Tuscas de trinitate, & virginis Ecclesiarum lib. 2. c. 19. n. 25. dicit esse strictam interpretationem Doctorum afferentem posse infantes admitti.

Verum dicendum est, prædictam prohibitionem minime ad pueros nondum rationis vium adeptos extendi, ac proinde nullius culpe reos esse, qui causa eorum ingressus in monasterio monasteria sunt. Ducor, quod eis textus Tridentinus videatur prima facie eos comprehendere sub illa universalis, cuiuscumque aetas: at si mens Concilii perpendatur, eos tamen solos videatur comprehendere, qui vium rationis næci sunt. Quippe eius prohibitionis finis est, ne pax monialium perturbetur, incitentur ad peccandum. Quod non contingit ex solo infantium ingressu. Atque ita docent Nauarri summ. c. 18. addit. 2. ad numerum 143. c. 15. & comment. 4. num. 59. vers. 15. queritur. Corduba summa. q. 60. fin. quanvis in 2. editione aliquantulum titubet, dicens videri hanc prohibitionem de his quoque intelligi. Henriquez lib. 4. de penitentia. c. 5. n. 2. in comment. littera M. & lib. 13. de excommunicatione. c. 4. n. 3. in comment. littera S. Manuel in expostitione motus proprii Pij V. interdicentes ingressum minorum in monasteria virorum, & q. 9. regularibus. tom. 1. q. 46. art. 1. Sorbus in priuilegia Mendicantium. 2. p. verbo ingressus in monasteria monialium, in suis annotationibus. n. 2. Thomas Zetola in prælia Episcopali. 1. ed. p. 1. verbo moniale. ad 8. questionem. vers. 4. ad finem. Azor tom. 1. antitius monialium. lib. 13. c. 8. q. 5. Llamas in methodo curationis, in appendice, quam ponit in fine, in §. 8.

Quid tamen ex his Doctoribus censem, non licere ingressum pullarum sex annos excedentium, fecus si eos non excedant, quia censem priores viu rationis iam potiri. Sic Manuel in eo morto proprio, n. 12. Sorbus allegatus nam præcedenti. Alij dicunt licere, donec octo annos adspicantur, fecus si post; sic Llamas allegatus num. præcedi. Alij dicunt licere visque ad septennium, fecus post; sic Corduba n. præcedi. allegatus. Sed cum quandoque viu rationis ante septennium continet, & quandoque post, cautius loquuntur authores, dientes hanc prohibitionem non ligare pueros, donec rationis vium adspicantur quod ante nec culpe, nec ad peccatum incitandi capaces sint. Et ita loquuntur Nauarri vero loco, Henriquez vero loco, Thomas Zetola, allegati num. præcedi. Manuel q. 9. regular. tom. 1. quest. 46. art. 1. Quare nisi ignorancia excusat pueris rationis vium iam næci, peccabunt mortaliter, & incurrit excommunicationem ingrediendo hæc monasteria, vt bene tradidit Henriquez lib. 4. de penitentia. c. 5. n. 2. in comment. littera M. quia, vt probauit lib. 1. huius tractatus. c. 12. n. 8. incurruhi excommunicationem facientes actum sub illa interdictum.

In dubio autem, an pueri habeant rationis vium necne, sic distinguendam est. Si septennes sint, comprehenduntur haec prohibitione, fecus si nondum septennes. Ducor, quod cum vias rationis communiter septennio completo accidat, is in dubio ante eam atatem non præluminis, fecus post, vt probauit lib. 1. de maritione. diffract. 16. art. 10. & 11.

Secunda difficultas est, an amentes sub hac prohibitione contineantur? Videntur enim minimè comprehendendi, cum rationis viu careant, infar infantum. Azor tom. 1. in inst. monialium. lib. 13. c. 8. q. 5. relata opinione dicens eos puberes factos comprehendendi sub dicta prohibitione, at; si hæc sententia intelligatur de apertis, nūquam rationis viu videntibus, idem iuris videtur esse

q. 9. art. 46.

posse, quamvis ipse nihil definiat; & Thomas Zerola in præcipitate*in 2. edit. p. 1. verbo moniales, ad 8. questum. vers. 4. ad finem.* dicit le videlicet Neapoli obseruari, ut Episcopus in his quoque monasteriis hanc licentiam concedat.

Sed dicendum est, Episcopi esse eam licentiam concedere auctoritate ordinaria, quando monasteria sunt sibi subiecta, auctoritate delegata, quando sunt immediatè subiecta Sedi Apostolicae: Prælatorum autem regulare id est in monasteriis, que ipsi subduntur. Quare Tridentinum ea distinctione vñm est, ad denotandum licentiam Episcopi necessariam esse, & sufficientem respectu monasteriorum duplicitis generis prioris; aliorum autem superiorum, respectu monasteriorum posterioris generis. Et ratio est, quia eius est hanc licentiam concedere, cuius est claustrorum monialibus indicere, vt optimè docent Ioannes Monachus *c. periculoso, n. 1. & 2. de statu regularium, in 6. ibi Francus in principio n. 5.* Dominicus n. 10. At Episcopi est claustrum indicere in duplicitate monasterio, & licentiam exitus in casibus necessariis concedere, & superiorum regulare in posterioribus monasteriis, vt probauimus c. precedenti. num. 1. & 28. Ergo idem de hac licentia concedendum dicendum est. Secundò, idem confit ex dicto *c. periculoso, in princip. quod Tridentinum e. 5. non corrigit, immo se innoverat, & confirmare affirmat, ibi; de illius ad quem perinuerit licentia, vbi Archidiaconus n. 2. verbo perinuerit. Ioh. And. num. 2. Anchiaranus num. 3. notabilis 4. explicit hunc superiorem esse, qui monasterio præst. At Episcopis soli monasteriis sibi subiectis auctoritate ordinaria præst, & auctoritate delegata subiectis immediatae Sedi Apostolicae, iuxta Tridentinum *eadem sess. 2. 5. de regularib. cap. 9.* nullatenus autem præst monasterio, que regularibus subduntur. Ergo in his non potest concedere ingressus licentiam, sed in solis illis. Atque ita docent Nauarrius, dicens sic declaratum est à Pio V. *in summa, c. 28. addit. 2. ad num. 143. c. 25. & commentator. 4. n. 60. ver. 5.* quod ille de regularib. Graffii 1. p. de cœfum. lib. 4. c. 23. num. 6. Llamas in methodo curationis, in appendice, quan ponit in fine. 5. 5. Confectus in privilegiis Mendicantium. tit. 20. cap. 6. Manuel q. regular. *tomo 1. q. 46. art. 3. Azor 10. 1. institutionum morum. lib. 1. c. 8. 7.**

An fratibus Minoribus interdictum sit absque licentia? Sedi Apostolicae quicunque monialium monasteria ingredi? numero 17.

An Cardinali, & Episcopo habentibus licentiam ingressus in monasteria, cum sociis quos elegerint, licent. fratre Minori in sociis eligere? n. 18.

An fratres Minores invitati ab Episcopis, & Visitatoribus Canobiorum monialium, possim illuc ingredi ex privilegio Leonis X. & an illud reuocatum sit per motu proprium Gregorij XII. & quod dicatur præiugium personale, & quod reale, sedique personalia eo motu proprio reuocetur? num. 19.

An ad ingressum monasterij Sancte Clare, & Conceptionis ordinis Minorum subiecta exigatur licentia Papa e numero 20.

An Abbatissæ possit concedere licentiam ingrediendi in monasteriis reseruatae quedam sententia. n. 21.

Explanatio sententia authoris. n. 22.

An possit superior concedere licentiam generalem Abbatissæ, & confessariis, vt facultatem huius ingressus impetrantur? num. 23.

An superiores, quibus incumbit licentiam ad hunc ingressum concedere, possim in casibus necessariis propria licentia ingredi? reseruatae quedam sententia. n. 24.

Explanatio sententia authoris. n. 25.

Quid si non uore ordinario, sed delegato haberent facultatem huius licentia concedenda? n. 26.

Quid si ea licentia limitata esset ad personæ certo officio subgeneris? n. 27.

12 Quid si secunda. Cuius sit licentiam ad ingressum in monasteria monialium concedere. Et prima quidem difficultas est, an Episcopus eam concedere valeat, quando monasteria non ipsi, sed regularibus subiecta sunt? Videatur enim posse, quod Trident. *sess. 25. de regularib. c. 5.* dissimili loquatur, asservens eam facultatem ab Episcopo, vel superiori concedendam esse: atque ita Lælius Zecchius de Republica ecclesiastica. tit. de regularib. 3. n. 15. vers. 8. refert fieri Cardinalium Congregacionem decessisse etiam in monasteriis, que regularibus subduntur, solum Episcopos hanc licentiam concedere

concedentur, realia, & ideo sunt perpetua, & ad posteriores in perpetuum transferuntur, vt confit ex *l. forma 4. 5. quamquam. ff. de confessu, vbi Glossa verbo transmittatur, rationem huius esse air, quia ethi partes illius communis quotidie mutantur, manet tamen semper idem populus, sive endem communitas, vt habetur l. proponeatur.* 6. ff. de indicis.

13 Ad ingressum etiam in Sanctæ Clæræ, & Conceptio-
nem monasteria ordinis Minorum subiecta, præter casus in eum monialium regula exceptos, existit Sedi Apostolicae licentia, vt potest videri in collectore compendii priuilegiorum fratrum Mendicantium, *verbo ingressu in monasteria monialium, numero 1.* intelligi de quartuilibet monialium Canobis, cum regula nullum expiat. Et quamvis Alexander IV. & Innocentius I V. in declaratione prefata regule dicant ingressum in sola monasteria monialium inclusorum ordinis D. Dominici, seu Sanctæ Clæræ comprehendendi in hac probatione: at, vt notat collector numero 5. & proximum allegatus, prædicta concessio reuocata est iam, & idea non licet ea. vii. Quamvis etiam Gregorius X. referens supradictam declarationem Innocentij I V. decreverit, vt fratres Minorum possint vti a declaratione, ex sui Generalis dispensatione: at Nicolaus III. in sua solemnia declaratione decreuit standum declaratione Gregorij IX, qua declarata ingressum in qualibet monasteria esse fratibus Minoribus interdictum, vt refert collector *ibidem* num. 10. Quare bene ait num. 9. non potest iam Generalis aliquid in hoc casu propter hanc Nicolai III. declarationem.

14 Hinc deducitur, Cardinali, ac Episcopo habenti potestatem legitimam ingrediendi cum aliquibus sociis quos elegerit, in aliquod monialium Cenobium, non integrum esse fratres Minoris in loco sibi assumere, quod speciali licentia fratrum Minorum mentionem facient ad hunc ingressum opus sit. Et sic bene tradit Manuel q. regular. *tomo 1. q. 46. art. 3. paulo post principium.*

15 Concessit tamen Leo X. fratibus Minoribus, vt vocati, aut iniurianti Prælatis Ecclesiarum, aut à Prælatis religiosis, & à Visitatoribus habentibus curam aliquo monasteriorum monialium, ad hoc vt visitent predicta monasteria, vel exercant omnia alia, que in monasteriis sibi subiectis exercit, aut ad hoc vt intrent cum ipsi Prælati, vel Visitatoribus ad videndum officinas, & totum monasterium interiorum, possint ingredi, non obstantibus suis regule prohibitionibus, & declarationibus, dummodo illi subditis fuerint, impre-
tent suorum Prælatorum licentiam. Quod refert Manuel q. regularib. *tomo 1. q. 47. art. 8.* vbi optimè nota duo. Prius est, Prælatos conuentuales non indigent licentia Provincialium ad hunc ingressum, quia indulsum hoc loquitur de fratibus, qui ita subditis sunt, vt nullo prælationis munere fungantur: quippe eo fungentes, sicut subditis licentiam ingressus inpetri valent; ita ea quoque vti possunt. Posterior est, hoc indulsum non efficitur, ut per motu proprium Gregorij XII. editum anno 1575. Idibus Iunii, qui incipit, *Vbi gratia,* in quo reuocavit omnes facultates ingrediendi monasteria monialium, non enim expressè loquitur de præiugio quibuscumque personis concefio, & sic de præiugio personali. Nam non solum præiugium personale dicitur, quod aliqui persona privatæ concedunt, sed etiam quod certo peccatorum generi, vt constat ex *L. quia. 13. in initial. precedenti. ff. folio marmonio:* vbi deciditur, præiugium maritorum, ne ultra quam facere possint, conuenit queant, minime portigè ad eorum posteros, quod tanquam præiugium personale, cum persona extinguatur. At non loquitur de præiugio reali, quale illud concessum toti Minorum religioni. Quippe, vt optimè, alios referens, notat Barboſa ea. l. quia. 14. 3. præiugia ad personas relata dicuntur personalia; quae autem loco, aut cinitati, Collegio, vel Vniuersitati

Summa Th. Sanchez pars 1. 11.

eam facultatem in casu repentinae necessitatis habeant, dictrina num. 36.

Potest tamen iuste superior concedere generalē Abbatissam licentiam, aut confessariis concedendā huius ingressus facultatis, in casibus frequenter occurribus, ne paullum Prelatus regularis, aut Episcopus, qui non tam pre manibus habentur, adire debant. Et sic docent Nauar. codem comment. a. m. 60. vers. 4. quod dubitari. Manuel eodem art. fine. Graffis 1. pars decision. lib. 4. cap. 23. num. 6. fine.

24. Vtima difficultas est, an superiores, quibus incumbit ad hunc ingressum licentiam concedere, possint absque alius licentia ingredi in casibus necessariis, in quibus iuste aliis eam licentiam concederent? Collectio priuilegiorum Mendicantium, verbo accedere ad monasteria monialium, quiesc. ultima, defendit hos indigere alterius sui superioris licentia. Diciturque rationibus, quas nos ad duum libro 8. de matrimonio discuss. 3. numero 14. ad probandum neminem posse secum dispensare.

25. At verius est, hos nulli indigere licentia: quia licet gravis controvressa sit, non posse quippe fecundū dispensare, & nos ea disputatione 3. à num. 6. usque ad 9. tenemus posse, ac rationibus contraria fatiscerimus. Nam. vñim. at, ut ibi probauimus num. 1. communiter à Doctoribus conceditur, posse superiores vii ea licentia, quam possunt aliis concedere. Praterea, quia Gregor. XII. in motu proprio incipiunt: Dubii, que emergunt, quem edidit anno 1. 81. die 25. Decemboris, id clare decidit, & solum exigit conditionem, quandam, nempe, ut associati intret, ibi. Declaramus præterea, tam secularis, quam regulares, quibus cura, & regnum monasteriorum monialium quis modo incumbit, facultate sibi ex officio attributa, ingrediendi monasteria predicta, ita dumcum ipso, si id faciant in casibus necessariis, & a pauci, usque senioribus, ac religiosis personis committat. Vbi nota ea verba, facultate sibi ex officio attributa ingrediendi monasteria. Ergo decidit hos habere ex officio facultatem vñi licentia, quam possunt aliis concedere. Et ita docent Nauar. latè probans lib. 3. cons. iii. de statu monachorum, in 1. editione. consil. 6. anum. 2. in 2. consil. 9. à num. 2. Cordubae in anno 17. ad collatorem, loco quem num. precedunt. allegauimus, vers. quad illa duo, Manuel quæst. regular. tomo 1. g. 46. art. 5. initio. Llamas in methodo curationis, in appendice, quam ponit in fine. §. 7. initio. Azor tomo 1. institutio monialium. lib. 1. c. 8. q. 9. addens id licere seruitus conditionibus petitis a Gregor. XII. in eo motu proprio, nempe, ut non ingrediantur nisi paucis, & non nisi senioribus, ac religiosis viri sociati.

26. Immo non illi soli, qui iure ordinario possunt hanc ingressus licentiam concedere, possunt quoque ea vii, sed iis quoque, qui delegatum huius licentia concedendæ potestate habent, non limitatam ad certas personas, integrum effet eadem facultate vii. Quia his quoque fas illi secum dispensare eodem modo, quo cum aliis possunt, defendimus eadem disputatione 3. numero 10. & 11. nedium vii licentia, quam aliis impetravent.

Atque idem credo, si limitata esset licentia non ad certas personas, sed ad officium, vt si commissa esset facultas concedendæ licentia confessariis in genere ingrediendi necessitate postulanti; tunc si ipse confessarius esset, posset vii eadem ingressus licentia, cùm non sit prioris conditions, quam ceteri. Secus si esset licentia ad peculiares confessarios, vt ordinarios monialium, &c. & ipse non esset ex illis.

S V M M A R I V M .

An exigatur licentia specialis ad hunc ingressum? à numero 28.

An debet esse in scriptis, & ad egressum monialis è clausura? num. 9.

An si ore tenui concessa sit licentia, sit mortale, & incurvantur pena? refertur quedam sententia. numero 30.

Explicatur sententia authoris. n. 31.

An si necessaria licentia specialis, & in scriptis, pro medici, confessariis, barbitonforibus, & aliis ministeriis necessariis refertur quedam sententia. n. 32.

Explicatur sententia authoris. n. 33.

An ea licentia exigatur in casibus repentini, in quibus est periculum in morte. n. 4.

Vixit quando non potest expectari, absque more periculo, licentia superioris, & habet Abbatissam facultatem concedendæ licentia, sit necessaria expectanda eis licentia? numero 35.

Quid si eam facultatem non habeat? refertur quedam sententia. n. 36.

Sententia authoris. n. 37.

An licentia data, non ad ingressum, sed ad concedendam facultatem ingressus, indigat scriptura, & quid si sit ad ingressum eorum, quos Abbatissam arbitrabitur expedire, & an id arbitrium scriptio sit tradendum? numero 38.

An exigatur causa rationabilis, & manifesta, & quando manifesta sit? n. 39.

An requiratur causa necessaria, sufficiarve causa moralis? numero 40.

An minor causa exigatur ad ingressum feminarum, quam virorum, & inter feminas, ad ingressum matris, aut sororum, & ad ingressum in receptacula monasteriorum, quam ad officia interioria? n. 41.

Quando dicator haec necessitas contingere ad exercenda ministeria domestica, & an ista causa ingressus ad docendas moniales cantu, aut organorum pulsuum, vel ad ea temperandas? n. 42.

An iusta ingressus causam habeant medici, chirurgi, barbitonfori, portores, futores? n. 43.

Quid de confessariis, & ministris Sacra menta, & facturis sepulturis officiis, ac de aperiuntis, & cooperuntis sepulture? n. 44.

Quoies licet, ingredi causa sacramentorum administrando? n. 45.

An passim hi cum socio ingredi, omnes illi, qui committi silent incedere iuxta sui statua decent. ut, & si sit ingredi causa celebrandi? n. 46.

An si necessaria specialis licentia ad socij ingressum? numero 47.

An iusta sit causa, ut sacerdos adiit moniali proxima morti? n. 48.

An excusentur mulieres nobiles praetextu alienius ministerij vñli excedentiis ingredientur? n. 49.

An si iusta ingressus causa ad capienda monialium suffragia in electione Abbatissæ? n. 50.

Quid ad bonam Abbatissam electionem dirigendam? n. 51.

Quid pro benedictione, aut conseruacione monialium? n. 52.

Quid pro Sacramento confirmationis illi ministrando? numero 53.

Quando licet superioribus causa visitandi officinas, aut adiuvium, aut monialium cellas, ingreditur? n. 54.

An licet aconomum monasterij ingressus ad querenda instrumenta? n. 55.

An licet ingressus ad intromittendam necessaria conuentui que prepondere per moniales intromitti commode non possunt, & horulatori ad excolendum, aut rigandum horum, & pharmacopæia? n. 56.

An licet ingressus ad expulsione malefactoris, qui ingressus illuc est? n. 57.

An licet Iudici ingressus ad capiendum malefactorem illum, aut eius confessionem excipiendum? n. 58.

An ipsi malefactori licet, ut Iudicem inseguem euadat? num. 59.

An licet ingressus in monasterium ad deponendas pecunias? num. 60.

An si ore tenui concessa sit licentia, sit mortale, & incurvantur pena? refertur quedam sententia. numero 30.

An in privilegiis derogatione includatur derogatio eorum, que sunt in corpore iuri? n. 62.

Quia autem possint pueri he causâ educationis admitti? numero 63.

An licet, ingressus puellarum, pauperum, quibus donantur à propinquis alimenta, & sine in monasterio, vel si pueri deinde in eis publicis locis causa pietatis exscrutari, donec nubent, vel quando pueri sunt orphane, & carent congruo de ad nuptias, vel quando vidua vult ratione honestatis intramonastrorum vivam transfigere, vel quando nupta timet virum sufficienciam eius adulterium, vel quia ob scuriam item monent? n. 64.

An licet, monialibus habere famulas seculares? refertur quedam sententia. n. 65.

Explicatur sententia authoris. n. 66.

An sit iusta causa, ut mater affiat professionem filie, aut ei mortuam, aut ad admittendam in hospitium aliam monalem? & remissio de causa contentis in regula Sancte Clara ad ingressum in illius monasterium. n. 67.

An iusto negotio teneantur ingredientes cum debita licensia egredi? n. 68.

An sit peccatum, & incurvantur censure, si postea mora trahatur modica circumveniente officinas, aut etiam causa turpi, & an ingredientes cum debita licensia incurrit si postea fornicietur? n. 69.

Quando reputetur ingressus notabilis, vel egressus, & sit mortale, & incurvantur censure? n. 70.

Q V A E S T O tertia. Qualis debet esse hæc licentia, & an causis indigat, & quæ sint illæ. Certum est, can licentiam debere esse speciale, nec sufficiere generalem, ut confiteat, & periculoso principi de flave regularium, in 6. ibi. vñli specialis licentia, & ita tradunt Archidiocesani ibi. num. 2. verbo speciali. Ancharanus num. 3. notabilis 4. Dominicus num. 5. & 9. Francus num. 5. Qui omnes bene explicant, id est, specialiter obtenta: nec enim necessarium est in licentia speciale alius persona mentionem fieri, sed fatus est generalis licentia à superiori concessa, vt medici, aut fabri, & similes ingredientur; quippe hæc specialiter dicitur, quia specialiter ad ingressum conceditur, et si non specialis quodam personam singularem in ea nominatam. Et ita supponit Azor tomo 1. institutio monialium. libro 1. cap. 8. questione 8. dicit enim generaliter licentiam his concessam à Prelato debere esse in scriptis.

29. Insuper exigitur licentia in scriptis, vt constat ex Tridentino sessione 25. de regulari. s. ibi; sine Episcopi, aut superioris licentia in scriptis obtenta. Quare optimè dixit Conclusus in privilegiis Mendicantium. tit. 20. cap. 6. postquam dixit non sufficiere licentiam legitimam superioris tacitam, sed peti, vt sit in scriptis, & ob causam necessariam, subiecti, licentiam aliter concessam esse irritam, nec à penis incurteudis excusat. Et ex parte Llamas in methodo curationis, in appendice, quam ponit in fine. §. 6. initio, ait esse peccatum mortale.

Hoc tamen temperat Llamas codem §. 6. paulo post: 2

principi, dicens non exigat licentiam speciale, nec in scriptis, quando causa est clara, vt ad ingressum confessariorum, aut vicariorum ad Sacra menta infirmis ministrandis, medici, chirurgi, barbitonforis ad mendicandum illis, latomorum, clementiariorum, lignariorum, & aliorum ministrorum, qui ad aliquod adificium necessarii sunt. Dicitur autem, quia hi omnes excepti sunt cap. periculoso, in principi, uncta Glossa verbo causa, de statu regulari. in 6.

Cum enim textus concedat ex causa iusta hunc ingressum, ponit ibi Glossa exemplum in his ministris. Secundo, quia hi omnes comprehenduntur in licentia adificij construendi, mendandi infirmis, & similibus. Quia cùm ingressus locorum ministrorum, ad hæc exequenda, sit huius illi omnino necessarius, videtur in iis licentia inclusus. Quippe nulle penae late in aliecius constitutionis violatores ligantur.

Summa Tho. Sanchez pars I. I.

deficientes in aliqua leui solemnitate, cùm penæ graves mortalem transgressionis culpam exigant, qualis non est defectus solemnitatis leui.

At talis videtur scriptura, cùm non ad præcepti huius substantiam pertineat. Adde scripturam solum exigi, vt licentia concessa testimonium sit, quo illa confit. Atque huius sententie videtur Soffa in declaratione motus proprii Clementis VIIII. de largitione manerum religiosis interdicta, num. 98. vbi cum Pontifex sub multis penas interdicto habeat, hanc munera largitionem, nisi ex licetia superioris, & conuentus in scriptis obtenta, & aliis conditionibus ibi petit, afferit non esse reum illarum penarum, qui leuem solemnitatem, nempe, quæ ad substantiam illius decretrationem non spectat, omisit.

